

**De ueris coniunctionibus & oppositionibus Solis &
Lunæ perscrutandis. Caput. xxix.**



Vm habuerimus, ut dictum est, tempus mediæ coniunctionis uel oppositionis horum siderum cum illorum motibus, ad ueras inueniendas necessaria est uera illorum distantia, qua se inuicem præcedunt uel sequuntur. Nam si Luna prior fuérit Sole in coniunctione uel oppositione, liquidū est futuram esse ueram, si Sol ueram quā querimus iam præteriit. Quæ ex utriuscq; prosthaphæresi fiūt manifesta. Quoniā si nullæ uel æquales fuerint, eiusdemq; affectio-
nis, ut uidelicet ambæ sint adiectiuæ uel ablatiuæ, patet eodē
momēto congruere ueras coniunctiones uel oppositiones cū me-
dijs. Si uero inæquales, excessus ipse indicat eorū distantiam, ip-
sumq; sidus præcedere uel seq; cuius est excessus adiectiuus uel
ablatiuus. At cū in diuersas fuerint partes, tanto magis præce-
det id, cuius ablatua fuerit prosthaphæresis, quæ simul iunctæ
colligunt distantiam illorū. Super qua arbitrabimur, quot inte-
gris horis possit à Luna pertrāsiri, capiendo pro quolibet gra-
du distantiae horas duas. Quemadmodum si fuerint in distan-
tia circiter gradus vi. assumemus pro eis horas xii. Ad hoc er-
go temporis interuallū sic constitutū, quæremus uerā Lunæ e-
vectionē à Sole, quod efficiemus facile, dū nouerimus motum
Lunæ mediū uno gradu, unoq; scrupulo sub duabus horis ab-
solui. Horariū uero anomaliæ, ac uerū ipsius motū circa plenā
nouamq; Lunā esse scrupulorū ferè L. quæ colligēt in sex horis
motū æqualem gradus iii. scrup. totidē, ac anomaliæ uerā pro-
fectionem partes quincq;, quibus in Canone prosthaphæresiū
lunariū considerabimus inter prosthaphæreses ipsas differēti-
am, quā addemus medio motui, si anomalia in inferiori pte cir-
culi fuerit, uel auferemus si in superiori, qd enim collectum reli-
ctūm uerit, est uerus motus Lunæ in horis assumptis. Is er-
go motus si fuerit distantiae prius existēti equalis, sufficit, Alioq;
multiplicatā distantia per numerū horariū existimatū diui-
demus per motū hūc, siue per acceptū horarium motū uerum
simplicem